

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Fabula a  
cum uariis

Apud actores secularium litterarum, ut apud Oracium, mus loquitur muri et mustela uulpecule ut per narrationem fictam ad id quod agitur uerax referatur significatio. Vnde et Esopiales fabulas ad eum finem relatas nullus ineruditus fuit qui putaret appellanda mendacia. Hec et in sacris libris, ut in libro Iudicum, cum ligna sibi regem fecerunt et loquuntur ad eum et ad inuicem quod totum fingitur. Ficta quidem narratione sed ueraci significatione hec dicuntur.

Augustinus in libro contra mendacium circa medium.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

actores] auctores P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; Esopiales] Aesopias V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; nullus *om.* C; hec] hoc M;  
ad eum et ad inuicem] ad ficum et ad vitem P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; fingitur] sic *add.* M